Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8293
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



de mundi aut gloria non amare quod amat. Qui principari appetens
fit ad hoc pauidus cum querit. audax cum peruenerit. Timens
enim ne non peruenerat trepidat. Sed repente peruenens iure
hoc sibi debitum ad quod peruenit putat. Cumque precepti princi
patus officio perfrui secularitus ceperit, libenter obliuiscitur quicquid
religiose cogitauit. Unde necesse est, vt cum cogitatio extra
usum ducitur, pretinus mentis oculus ad opera transacta reuocetur.
Ac penset quisque quid ipse subiectus egerit. et repente cognoscit
si bona prelatus agere que proposuerit possit. quia nequaquam
valet in culmine humilitatem discere, qui in imis positus non
desiit superbire. Nescit laudem cum suppetit fugere, qui
ad hanc didicit cum deesset anhelare. Nequaquam vincere
potest auaritiam. quam ad multorum sustentacionem tendit is cui sufficere
propria nec soli potuerunt. Ex anacta ergo vita se quisque inueniat,
ne in appetitu se culminis ymago cogitacionis illudat. Quam
uis plerique in occupacione regiminis ipse quoque boni operis vsus
perditur, qui in tranquillitate tenebatur, quia quieto mari recte
nauem et imperitus nauta dirigit, turbatis autem tempestate
fluctibus et peritus se nauta confunditur. Quid namque est potestas
culminis nisi tempestas mentis. In qua semper cogitacionum pro
cellis nauis cordis quatitur, huc illucque incessanter impellitur.
Vt per repentinos excessus oris et operis quasi per obuiancia
saxa frangatur. Inter hoc itaque quid sequendum est, quid tenendum,
nisi ut virtutibus pollens coactus ad regimen veniat. virtutibus
vacuus nec coactus accedat. Ille si omnino reniti. caueat ne acceptam
pecuniam in sudario ligans de eius occultacione iudicetur. Pecuniam
quippe in sudario ligare est percepta dona sub ocio lenti corporis
abscondere. At contra iste cum regimine appetit attendat. ne per ex
emplum praui operis phariseorum more ad ingressum regni cen
dentibus obstaculum fiat. qui iuxta iugum vocem nec ipsi in
trant nec alios intrare permittunt. Cui quoque considerandum est

7